



1. Boffeck / Joh. Gottl. / diff. De cultu flumi-
nam. Lipsiæ 1740.
2. Breithaupt / Joh. Gust. / Dissertatio de
incrementis in Cenoctio malo, Halle
1710.
3. _____ pentas III de hæræsi, Halle 1697
4. Buddei / Joh. Franc. / diff. De fragrantia
Christi jens 1712.
5. _____ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΚΡΙΒΕΙΑΣ in
vita christiana, jens 1707.
6. _____ De libertate cogitandi, jens 1715
7. Burmanni / Joh. Eberh. / diff. De fide
salvifica, Helmst. 1682
8. Carpzov / Joh. Bened. / diff. De Chuppa
Hebræorum, 1710.
9. _____ diff. De religione quietista.
rum Lipsiæ 1687.
10. Carpzov / Joh. Gottl. / diff. De anno Jobe,
lib. secundum disciplinam Hebræo.
rum Lipsiæ 1730.

c. 13 15
DISPVATIO THEOLOGICA
DE
GRATVITA
IVSTIFICATIONE HO-
MINIS PECCATORIS
CORAM DEO

(Von der Rechtfertigung eines
armen Sünders vor Gott)

*FAVENTE TRIVNO
SVB PATROCINIO*

DN. CHRISTIANI CHEMNITII
SS. THEOL. D. AC P. P. LONGE CELEBERRIMI EC-
CLESIAE QVAE DEO COLLIGITVR AC DIOECE-
SEOS JENENSIS PASTORIS AC SVPERINTEN-
DENTIS VIGILANTISSIMI

DN. PATRONI FAVORIS PRÆCEPTORIS
*ET HOSPITIS SVMMÆ AC FILLALI OBSERVANTIA
EVITERNVM PROSEQVENDI
PVBLICE*

M. IOHANN PETERMANNO
NORIBERG.

HORIS CONSVETIS VENTILANDA
IN COLLEGIO THEOLOGICO
PROPONITVR

ANNO POST VIRGINIS PARTVM
c1o 1oc LIV. IV. CALEND. APRILIS.

RECUSA ANNO MDCXXXIV. (6)

DISPUTATIO THEOLOGICA

DE
GRATA
JUSTIFICATIONE HO-
MINIS PECCATORIS
CORAM DEO

Abh. der Sündvergebung eines
unnen Sünders vor GOTT

FAKENTE ANNO
1717 PATROINIO

DI. CHRISTIAN. CHEMNIUS

ES. THEOL. B. AC. P. B. DONICE CEEBERIAE EC-
CLIAE QVAE DEO COLLEGIUM AC DIOCE-
SES PARSIAE P. AC S. V. S. T. S. T. S. T. S. T. S. T.

DI. PATRONI PATRONI PATRONI
ET ROSITA SKYMA AC KILIA ORGANI
PATERNA M. ROSITA BANI
PARLICE

M. IOHANN. PETERMANN

IN COLLEGIO THEOLOGICO

ANNO POST TERTIUM PARTIUM
CL. JAC. LIV. IV. CALEND. APRILIS

RECESSA ANNO MDCCXXIV





ΠΑΝΤΑ ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ
ΚΥΡΙΟΥ ΙΗΣΟΥ!



*V*iter, ob latrones sanguinem
& bona sitientes, periculosum
qui suscipiunt, singulas fere
frutices, sub quibus dictæ fa-
rinæ homines latitare posse
existimant, adspiciunt; Sic
& nos, arcem propugnaculum
totius Religionis Christianæ, (sic enim B.
Chemn. L. de Justif. adpellat) consideraturi;
merito singula, (antequam ad alia transe-
amus) sub quibus venenum, Sacerdotum Israë-
lit. Ezech. 22. 26. Papanorum puta, non
tantum corpus & bona, sed & animam siti-
entium, excutimus verba. **DEUS T. Opt.**
Max. nos clementer ducat in omnem verita-
tem!

I.

JUSTIFICATIO est vox Ecclesiae propria, *Bellarm. l. 2 de just. c. 3.* & in S. S. Controversiarum iudice varie accipitur. Tribuitur enim I. DEO notatque essentialem ejus justitiam *Psal. 119. 137.* leges & praecepta *Dei v. 12.* veritatem promissionem *Psal. 36. 7.* vel denique benignitatem & misericordiam, *Dan. 12. 16.* II. CHRISTO & sumitur vel de ejus justitia *habitu*ali innocentia videlicet, vel ejusdem *actuali* *Rom. 5. 17.* vel pro nobis parta, ob quam nostra dicitur justitia, *Jer. 23. 6.* III. HOMINI. Significat enim praedicare ac declarare justitiam alienam, ut *Psal. 51. 9. Luc. 7. 29. Matth. 12. 37. Jac. 2. 21. 24.* propriam *Luc. 1. 10. 29. c. 16. 15.* vel idem est ac informare aliquem ad justitiam *Dan. 12. 3.* vel *comparative* justificare. *Ezech. 16. 51.* vel idem est ac liberatum esse *Roman. 6. 7.* aut a criminibus & peccatis absolvi *Rom. 3. 22. Ephes. 2. 8.* vel idem est ac incrementum in justitia, *Apoc. 22. 11.* in hisce duabus ultimis significationibus rasa & calva cohors dicit fundari suam distinctionem inter justif. i. & 2. de illa dicit *Bec. Tr. 4. de justif. c. 3. q. 4.* quod fiat gratis, quare *liter loq. Bell. l. 1. de just. c. 17. §. 1.* dicens: fidem justificare impetrando ac promerendo &c. de hac quod possit promereri Bonis O. sed putrida haec est distinctio dogmaque ἀντίγραφοῦ, nihilque probatur ex *Syrac. 18. 22. Rom. 6. 19. Job. 14. 23. 2. Cor. 7. 1. 1 ap. 9. 10. Apoc. 12. 11. Dan. 4. 24.* vide de hujus distinctionis vanitate disput. pec. B. Dn. D. Grossschain I. B. Admittimus autem eam si secunda justif. sumitur vel *ratione dignitatis*, quae humana divina posterior est, vel *ratione deponentiae*, quomodo justificatio secunda est *in foro soli* coram tribunali charitatis, quando justificatus est *ἕως τῆς καλῶν ἔργων. Tit. 2. 14. ἀγνηστὰ μὲν τὴν ἀσεβείαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σώφρωνος*

Ἐπιφανὴς καὶ δικαίος καὶ εὐσεβὴς. v. 12. prima in foro poli, coram tribunali divinæ charitatis & misericordiæ DEI. Rom. 3. 24. vel ratione ordinis & reiterationis, qui perfecta quidem est prima justif. sed nihilominus qui justus est justificetur amplius Apoc. 22. 11. propter quotidiana quæ admittimus peccata, & necessariam status gratiæ continuationem. *lib. 1191*

II. Recte autem justitia alia dicitur Legis alia Evangelii. Justitia legis def. Mel. est obed. externa juxta omnia mandata DEI, quam homo etiam in hac imbecillitate naturalibus viribus utcunque efficere potest. Justificatio autem, quæ est sec. Evangelium, est remissio peccatorum & imputatio meritorum Christi facta divinitus ex misericordia, sive ut Pl. Rev. Dn. D. Tirus in disp. de justif. th. 8. describit, Justificatio est actio SS. Trin. judiciaria, qua hominem hactenus impium, sententia legis & propriæ conscientiæ testimonio de reatu æternæ damnationis accusatum & convictum, sed ad thronum gratiæ confugientem, a peccatis obsolvit, & in hæredem vitæ æternæ adoptat ob plenissimam satisfactionem CHRISTI, vera fiducia adprehensum. De illa agitur Ps. 15. 2. Rom. 3. 20. c. 10. 3. de hac Rom. 3. 22. *1191*

III. Actus autem justificandi, quo nos coram DEO constituimur justii, cum ex lege esse non possit, est ex Evangelio, & actus forensis, & a foro Politico, Deut. 25. 1. Prov. 17. 15. Esa. 5. 23. applicatur ad forum Spirituale. Hinc in S. S. fit mentio Tribunalis Rom. 14. 10. 2. Cor. 5. 27. Judicis Job. 5. 27. Rei Rom. 3. 15. Actoris. Rom. 3. 20. Testis Rom. 2. 15. Chirographi Col. 2. 14. Absolutionis Psal. 25. 11. Adpellationis Job. 9. 2. 3. Psal. 142. 2. Advocati 1. Job. 2. 1. Gratæ Psal. 25. 6. 7. Debiti Remissionis 2. Sam. 12. 13. Matth. 13. 27. & qui non erit actus forensis? Ubicunque enim justificatio obponitur condemnationi ibi propriæ significationem obtinet forensis & judiciariam, sed in hoc articulo Justificatio obponitur

condemnationi. E. Arg. est *Max. Rev. Ampliff. ac Excell. Du. Dillberri* Patroni ac Promotoris mei summo sanctoque cultu æviternum Venerandi, in *colleg. Apor. Loco de justif. f. 1. a. 1. concl. 3. A. 42.* dum adhuc in Nostra Salana 4. Professionum Spartam ornaret priv. habito, ubi etiam vanitatem distinctionis inter actum condemnationis DEI & Adami ostendit. Aliena ergo justificamur justitia. Nostra enim est perfecta, nec pura *Luc. 7. 5.* (ipso *Conc. Milevit. c. 6. 7. 8.* non dissentente) *Esa. 64. 6. Hiob. 9. 2. 3.* quod tamen si ea salvari vellemus necessum esset. *Deuter. 27. 26. c. 6. 5. Galat. 3. 10.*

IV. Errant igitur Papæi cum Ecclesiæ (rectius purgatorii, aut quod idem, inferni) cardine *Bellarmin. l. 1. de justif. c. 1. f. accipitur.* ubi 1. dicit *justitiam fidei esse retributionem internam; & 2. aliam esse justitiam legis & aliam ex lege.* Sed in 1. confundit causam effic. cum justif. fructu, non enim justificandi sed justificati recte erga DEUM & proximum sunt ordinati, quantum in hac inbecillitate fieri potest; in suo autem formali nil quicquam fidem justificantem nisi adprehensio meriti CHRISTI constituit. Salvamur igitur justitia CHRISTI, quæ secundum nostrum conceptus modum fit misericordia: Hæc misericordia dicitur *Psal. 51. 16. & 69. 28. & 143. 1.* justitia, quia hac justitiæ legali satisfactum est, & sic quod ex parte CHRISTI erat ejus justitia, sit ex parte nostra misericordia, quia hæc a CHRISTO præstita satisfactio gratis nobis imputatur. In 2. ubi Bell. *justitiam legis* vocat eam quæ est scripta in lege, quam ut facere possumus, gratiam nos habere per CHRISTUM. *Justitiam autem ex lege* quæ fiat sine auxilio gratiæ virtute solius liberi in homine arbitrii, distinguit non tantum tacente sed & contrariante Scriptura, ut patet *Rom. 9. 31.* ubi just. legis & ex lege pro synonymis habentur & simul Loco justif. excluduntur.

V. Di-

V. Distinguendum etiam est inter *Justificationem & iustitiam*, Justificatio se habet per modum actus transeuntis, qua constituimus iusti, cuius formale, ut diximus, est remissio peccatorum & imputatio iustitiæ CHRISTI. Iustitia vero habet se per modum actus permanentis, quo durabiliter permanemus iusti, cuius formale imputata iustitia. Est ergo *justificatio actus homini externus & solus DEI*; propterea non male, distinguitur inter *regenerationem, justificationem & renovationem*. Illa est primum opus gratiæ, quod Sp. Sanctus interiorius in homine peragit, in ipso salvificam fidem accendendo. *Ista* est, quando fides in regeneratione donata imputatur ad iustitiam *Rom. 4. 5.* Hæc quando eadem fides in homine jam renato & justificato sese exerit, tanquam principium sanctitatis in hærentis, non solum in ipso adjuvante & cooperante Sp. S. charitatem tum erga DEUM, tum erga proximum excitando: sed etiam per charitatem ad quævis bona opera eum stimulando, quo incedat, sicut Domino dignum est, cui per omnia placeat, omnis boni operis fructum proferens, & crescens in agnitione DEI. *Col. 1. 10.* videatur *Plur. Rev. Amplif. ac Excell. Dn. D. Musæus acutissime* ut solet hanc rem tractans *Disp. 1. rb. 11. & seq. de convers. hom. ad DEUM.*

VI. *Gratia*, est vox (de qua brevius) ad modum late patens, & sumitur 1. pro *mansuetudine & gratiositate* *Luc. 1. 28. c. 2. 52.* 2. pro *donis gratuitis*, quæ gratia dicuntur, quia gratis dantur. 3. pro *donis* in fidelibus ex operatione Sp. S. in renovatione *1. Cor. 12.* quo loco Paulus dividit dona in *ministrantia*, qualia debent esse in Ecclesiæ Ministro, ut sint apti ad ministerium verbi, *Ephes. 4. 7.* & *sanctificantia*, ad sancte vivere necessaria, quæ sunt *habitualia*, ut fides, spes, charitas, *1. Cor. 12.* vel *actualia*, quæ in operatione Sp. S. consistunt, in convertendis mentem illuminando, voluntatem

tatem ad assensum movendo: in conversis fidem & reliqua Sp. S. dona conservando, augendo &c. Heic in *Artic. de justif. æquipollet gratia DEI, misericordia & favori. Matth. 18. 33. Rom. 9. 18. Tit. 3. 5. Dilectioni & charitati Job. 3. 16. Eph. 2. 4. Rom. 5. 8. Apoc. 1. 5.* Quod ipsum hujus voculæ effectus testantur, ut sunt Electio *Rom. 9. 11. Eph. 1. 4.* Vocatio *2. Tim. 1. 19.* Retemptio *Job. 3. 6.* peccatorum remissio *Luc. 1. 27.* vitæ æternæ donatio, *Rom. 5. 17.*

VII. Errant igitur, non nominatis Pelagianis qui per gratiam intelligi dixerunt bona naturæ, Esautæ cum *Thoma in 1. 2. q. 113. A. 7.* suoque *Bellarmin. l. 1. de grat. & Lib. Arb. c. 3.* iniquente: *Gratia est divina qualitas in anima hærens, ac veluti splendor quidam & lux, quæ animarum maculas delet.* Statuunt igitur infusus qualitatibus vel b. operibus nos justificari. Pro stabilienda sua sententia hæretici citant *Rom. 5. 9. 5. Job. 4. 6. Tit. 3.* Verum *Rom. 5. & Tit. 3.* vox gratiæ non occurrit. Ad dictum *Job. 4.* dicimus cum *Beatiff. Viris Dn. D. Chemn. & Dn. D. Gerb. CHRISTUS* locutionibus metaph. concionatur Samaritanæ ad aquam hauriendam, egressæ, de aqua viva, per quam intelligitur, 1. charitas & misericordia DEI Patris erga nos in CHRISTO, 2. meritum & gratia, cujus plenitudo erat in CHRISTO, 3. quod beneficia illa per Spiritum in credentes effunduntur ad remissionem peccatorum & vitam æternam *Job. 7. 38.* vocatur autem aqua viva, tum ratione fontis, qui est in CHRISTO, tum ratione effectus, est enim aqua vivificans, qua sitis agnitione peccatorum & sensu iræ divinæ excitata restinguitur, ne in æternum ea torqueamur. *Luc. 16. 24. sed habeamus vitam æternam.* Hæc illi. vide *pl. c. Gerb. T. 3. p. 95t.* ubi etiam Resp. ad dictum *Rom. 5. 5.* Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Sp. S. Sed in hoc dicto eadem est consequentia, ac si dicerem, Spiritus S. *Joël. 2. 24.* dicitur effusus in cordibus fidelium. E. habituali-

tualiter est effusus. Neque enim charitas DEI *passive* pro ea sc. qua nos DEUM amplectimur, sed *active* pro ea qua DEUS nos prosequitur, accipienda est. Accedit quod diffundere sv. effundere nil nisi amplificationem & ubertatem amoris divini nolet. Neg. ergo vocem *Gratiæ* aliter quam pro misericordia & bonitate DEI *in Loco de justis*. accipi debere.

VIII. Tandem videntur, quid h. l. fit fides: *Fides* (quæ pulchre cum oculo, ut adprehensio CHRISTI cum vilione a quondam acutiss. nunc Beatiss. Dn. D. Affelm. in med. quadam Theol. Disput. super dict. Act. 20. 22. confertur, cujus objectum adæquatum contra Bell. l. 1. de justis. c. 4. ff. itaque: dicimus esse CHRISTUM,) juxta Melancht. in epit. exam. Beatiss. Sauberti est assentiri omni verbo DEI nobis tradito atque ita promissioni gratiæ, & est fiducia, acquiescens in DEO propter filium, accedens ad DEUM, & invocans eum & clamans, Abba, Pater. Fides ergo non tantum consistit in *notitia & assensu* sed & *fiducia*. Non enim tantum credimus DEUM; cum tale Ens Entium dari etiam ipsa ratio Ethnicis dictaverit, uti Philosophus in disp. de Lum. naturæ. *Vir Ampliss. Excellentiss. ac Præclariss. Dn. P. Slevogrius SS. Lingg. P. P. undiquaque celebratiss. Fautor ac Patronus meus singulari amoris cultu æviternum prosequendus demonstravit: aut DEO* siquidem & hoc impii nobiscum commune habent, nec enim impossibile est, ut, cum talis legerit in Scr. S. fidei quoddam mysterium ob verborum perspicuitatem credat, quemadmodum etiam miraculis CHRISTI ad credendum non renati ea videntes *Job. 2. 23. c. 6. 12.* inducti sunt, sed *primario DEUM*. Ad rerum autem divinarum fidem non requiritur ut sciam *tò QUOMODO*: sed sufficit *tò QUOD* sic v. g. licet nesciamus, quei tres unum & unum tres esse possint: tamen quod in div. Tres

unum & unum tres sint ob Revelantis Auctoritatem, credimus: ratio enim heic, cui mysteria a sæculis in Deo abscondita *Eph. 3. 9.* captivanda; quamvis unus de hoc vel alio mysterio majorem habeat altero notitiam.

IX. Dica hic Jesucidis scribenda; nam inconstans *Bell.* non notitiam sed rectius ignorantiam fidem dici *L. 1. de just. c. 7.* scribit; quia *Esa. 7. 9.* dicitur. *Nisi credideritis non intelligetis.* Ubi, inquit, *vides fidem non esse intelligentiam sed viam ad intelligendum.* Verum *Resp. 1.* stolidus est *Bell.* si alicui rei, quam ignorat assentitur *2.* minus belle locus *cit.* a *Bell.* versus, sic vertendus; *Si non creditis non permanebitis.* Posito *3.* legendum esse *Nisi credideritis* &c. sensus tamen non esset credendo viam parari ad intelligendum ea quæ proponebantur, sed potius credendo ea intelligi, sicut *Hebr. 11. 3.* dicitur: *Fide intelligimus condita esse secula.* *vid. B. Gerb. T. 3. p. 1040.* nec juvat eorum causam quod *1. Cor. 13. 2.* distinguatur scientia a fide, quia alias eodem modo possem colligere: Animal est quiddam distinctum ab homine. E. homo non est animal. Consequentia nulla est; omnes enim definitiones constant genere quod in se consideratum est aliquid latius & distinctum a definito. Obtinet autem sententia, fidem præsupponere & esse scientiam, quia docet hoc *erymol. πῖς* enim deducitur a *πείθω* doceo, persuadeo *Actor. 19. 8.* ignotum autem quis alteri persuadebit? *Synon. Job. 17. 3. Luc. 1. 77. Job. 19. 25. Hebr. 11. 3. Paron. homo enim fidelis vocatur intelligens, illuminatus, sapiens. Ephef. 5. 8. Os. 14. 9. Matth. 13. 23. Epp. 1. 17.* sed quid multis? nonne absurdum esset si fides esset ignorantia dicere dari fructum ministerii, prædicari verbi baptisimatis &c.

X. *Negant* etiam fidem esse fiduciam, quod tamen multis splendidum illud *Ecclesie Triumphantis membrum T. 3. de just. ff. 71. Gerb. probat,* & certe non frustra fides *ὁπί-*

51219 *Hebr. 11. 1. πληροφορία. Rom. 6. 20. 24. vocatur? Quic-*
quid autem horum sit, falsam suam & suorum sententiam
probari putat Bellarm. ex Rom. 4. v. 19. 20. 21. 22. ubi colligitur
fides est certus assensus in intellectu, E. non est fiducia in vo-
luntate. Verum eodem modo possem colligere: Job. 12.
fuit adulter. Bonif. 7. sacrilega Plat. f. 54. 55. E. non fuere
Papæ. Viden' Bellarmine, unius positionem alterius exclu-
sionem non esse? nam licet fides sit assensus, tamen etiam
fiducia est, quia non opposita sed subordinata sunt, & cer-
te hæc ipsa Abrahami fides, de qua Apostolus loq. non tan-
tum assensus est, sed & fiducia, ut patet ex objecto, quod fuit
promissio DEI, quam certe non solum assensu sed & fir-
ma cordis fiducia amplexus est, ac contra spem naturæ ac
rationis credidit in spem divinæ promissionis v. 20. tum op-
posito, quod est diffidentia qua non hæsitavit, sed robor-
tus est fide. De dicto 1. Cor. 13. Notandum: fidem spem &
charitatem differre inter se sec. quid, non autem αἰπλῶς. Diffe-
runt autem 1. tempore, cum fides transiverit in visionem,
spes in fruitionem, charitas manebit in æternum. 2. objecto
charitas ad DEUM & homines, fides tantum ad DEUM sese
extendit. plur. vid. Max. Rev. ac Excell. Du. D. Waltherus Ec-
clesiæ Europææ Celeberrimus Theol. in harm. Bibl. p. 1015. Nec
assurgimus Cardinali quando dicit: fides nihil aliud est quam
spes roborata E. non fiducia, πληροφορίας enim committit con-
sequentis. Nam fides & spes in Psal. præprimis ob inti-
mam conjunctionem sæpe inter se permutantur, quod &
Paulus facit, quando Ebr. 11. 1. fidem ὑπόστασιν ἐλπίζομένων
vocat. Nec etiam ex Epist. ad Eph. 3. 12. licet colligere, fi-
duciam non esse primariam fidei partem, sed potius ejus
effectum. 1. Fides enim accipitur 1. absolute, quat. assentitur
promissionibus Evang. & sic est causa fiduciæ. 2. Relate quat.
plene acquiescit in illis promissionibus, & eatenus fides est
fiducia

fiducia ipsa. Fides etiam habet suos gradus *Luc. 17. 5.* non diffidente etiam Paulo in ep. ad Rom. 1. 17. *Iustitia DEI revelatur ex fide languida scilicet infirma in fidem firmam & validam plena animi fiducia in Salvatoris nostri merito acquiescentem.* Nec est quod dicant fides fiducialis non precedit justificationem. E. non erit ejus causa, quæ debet effectu esse prior. Arist. 2. post. 4. II. Resp. consideratur ratione *Entitatis* vel *causalitatis*, si causam priori modo sumtam intelligit, nobis non adversatur, si posteriori *ἁλογ* est Esauita. vid. Aristot. 2. Phys. c. 3. 5. Met. c. 2. & 2. post. t. 56. Sibi E. Papani habeant fidem absque speciali assensu sive fiducia consistentem (de qua acutiff. agit *Max. Rev. Dn. D. Mus. in disp. 5. th. 14. de convers. & alibi*) donec tandem lamentabilem cum Francisco Spira dent vocem: *Scio & credo infinitam DEI misericordiam omnes mundi iniquitates longissime superare. & omni credenti & fiduciam habenti omnia mundi peccata facillime remitti, sed hæc spes, hæc fides, donum DEI est. Et hoc unum mihi (scil. Pontificio) deest, ut neque sperare neque credere de divina in me gratia & misericordia DEI possim. Atque utinam DEUS hoc unum mihi elargiretur, ut tantillum spei & fidei de remissione & venia concipere possem. Sed hoc tam possibile est quam rotam maris aquam uno cochleari capere & uno haustu potare. vid. Max. Rev. Ampliff. ac Excell. Dn. Dilberri Luminis Ecclesiæ Noricæ Splendissimam Salutis edit. Amsteld. p. 614.* Talem tandem fides absque fiducia parit exitum, de quo ut sibi Pontificii gratulentur, necessum est.

XI. Considerandæ etiam nunc Justificationis nostræ veniunt causæ. *Efficiens Principalis* est SS. TRINITAS; Illa enim est quæ delet iniquitates nostras & peccatorum nostrorum non amplius recordatur. *Esa. 43.* Solum enim DEUS peccata remittere potest *Marc. 1. 7.* ac salvare *Esa. 43. 25.* DEUS Pater

Pater quidem ut causa largiens *Job. 13. 16.* Filius est causa emerens *Gal. 2. 20.* Sp. S. causa obfignans, *Rom. 5. 5.* Hanc SS. Trin. impulit ejus *Paterna gratia.* hoc enim est quod Paulus dicit *Rom. 3. 24.* Justificati GRATIS per GRATIAM ipsius & *Eph. 2. 8.* GRATIA salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis, DEI DONVM est, NON EX OPERIBVS, ne quis gloriatur. vide de *hac voc. f. 6.* Non autem patrociniū quorundam Scholasticorum & Phot. fuscipimus, quasi statuamus DEVM ex mera gratia potuisse nobis remittere peccata & hæredes vitæ æternæ, non intercedente quodam *ἀνθρώπῳ*, nos constituere, cum enim potentiam DEI ex revelatione cognoscamus, inde dicimus, alium nos liberandi modum non fuisse possibilem; quia autem peccata nostra suæ repugnaverunt justitiæ, & nos lapsi ipsi satisfacere non poteramus, ex mera gratia suum misit unigenitum, JESVM CHRISTVM.

XII. Vnde *Meritoria* justificationis nostræ causa dicitur CHRISTVS *θεῖον ἔργον*, quem *ἰλαστήριον* Paulus *Rom. 3. 24.* vocat & *1. Cor. 1. 30.* dicit: CHRISTVS factus nobis a DEO *justitia, sanctificatio & redemptio.* Nam in CHRISTO habemus *redemptionem in sanguine ejus 1. Tim. 2. 6.* sic omnino magni sumus *emti pretio 1. Cor. 6. 20.* *prezioso nim. sanguine agni immaculati 1. Petr. 1. 18. 19.* qui *proprio sanguine acquisivit Ecclesiam. Act. 20. 28.* Magnum certe hoc est beneficium CHRISTVM; illum qui *natura DEVS* pro nobis inobedentibus in assumpta humanitate dolores & cruciatus vere infernales, saltem ut deleret chirographon nosque a maledictione legis, manu DEI & morte æterna libetaret, perulisse. Confitemur E. salutem æternam nobis CHRISTVM promeruisse. Hinc recte noster Mediator dicitur, non quidem ut *JERHOVA*, Christi *Psal. 31. 6.* aut ut Moses *Act. 7. 35.* qui tantum erat internuncius *Exod. 19. 3. 4.* sed modo longè nobiliori, cum & altera mediatoris parte sit functus, animam ponendo suam

pro ovibus 1. Tim. 2. 6. Job. 10. 11. redemptio facta nostra Rom. 3. 24. 1. Cor. 1. 30. Luc. 1. 68. Sanguine ergo intercedente Cal. 1. 14. & morte Hebr. 9. 12. Noster nos Jesus redemit, & factus peccatum 2. Cor. 5. 21. ἰλασμός 1. Job. 2. 2. sive propitiatio pro peccatis nostris & reconciliatio Rom. 5. 10. dans animam λύτρον Matth. 20. 28. Marc. 10. 45. & ἀντίτρονον 1. Tim. 2. 6. Propterea CHRISTUM Meritorie primum Eph. 2. 16. deinde exemplariter 1. Petr. 2. 21. nostri causa mortuum esse, religiose utrumque neutro exclusio, cum Scripturis & tota retro Ecclesia statuendum & credendum, inq. Max. Rev. Dn. D. Titius.

XIII. Obganniant E. Sociniani quid velint, singula tamen, quæ eorum sunt, atro veniunt signanda lapillo. Dicunt, 1. CHRISTUM (rectius, Filium DEI naturalem), assumpta in tempore carne morte & cruciatibus nostri loco sese subjecisse sive pro nobis satisfecisse, esse dogma ἀγραφον, 2. DEUM, posito hoc dogmate, peccati argui, 3. impossibile esse Christo pro peccatis nostris ut satisfaciatur, imo, DEUM, 4. remisisse nobis ex misericordia sua nostra delicta. Verum nodi in Eliam non exspectant, sed enodatu faciles sunt. Ipse Socinus enim in disp. de invoc. Chr. contra Francisc. Dav. c. 1. censet. *Non tam apices literarum, quam sensum Scripturarum circa constitutionem Artic. fidei spectandum esse.* Cur E. Socine ἀγραφίας nostram hancce doctrinam accusas, quia vocab. satisfactio non expressa legitur? Æquipollentia sunt προσφορὰ Rom. 15. 16. Hebr. 10. 10. 14. ἰλασμός 1. Job. 2. 2. ἀπολύτρωσις Luc. 21. 28. Rom. 8. 23. & certe λύτρον & ἀντίτρονον, quod nostri loco solvit CHRISTUS, datum est pro omnibus, Matth. 20. 28. Nec. 2. DEUS mendacii arguitur, dum æquitate jus suum strictum Ezech. 18. 20. temperat. Præprimis autem Socinus scire debuisset, dictum Ezech. loqui de peccato personali v. 4. non autem universali pro quo CHRISTUM satisfecisse

cisse dicimus. Falsum 3. est CHRISTUM non potuisse satisfacere pro peccatis nostris. Nam licet *putet* eum tantum pertulisse mortem temporalem, (quæ tamen etiam est stipendium peccati *Gen. 2. 17. Roman. 5. 12.*) tamen etiam ratione, ut loquuntur, quantitatis sustinuit mortem æternam, dum perpeffus est dolores infernales *Psal. 18. 5. 6.* sanguinem sudavit & angelica corroboratione opus habuit *Luc. 22. 43.* tandem lugubri voce, *אלי אלהי לאבדו אלאהי דאבי!* exclamavit. Ratione autem qualitatis five durationis DEUS nec debuit nec poruit mortem æternam subire, quia passio ratione personæ erat infiniti ponderis, sanguis enim non meri licet veri erathominis, (cujus unicagutta pro omnium viventium peccatis sufficiens fuisset, nisi DEUS N. T. multa sanguinis effusione sancire voluisset, quicquid etiam *Socinus l. 3. de serv. c. 4. veliz.*) Dominus enim gloriæ erat *1. Cor. 2. 8.* qui non poterat in morte detineri. *Act. 2. 24.* 4. Denique non est absurdum ex gratia DEI remissa nobis esse peccata & CHRISTUM tamen pro nobis satisfacisse. Gratia enim innarrabilis est, DEUM misisse & subjugasse nostri loco unigenitum suum filium, ut conditionem, qua soluta nobis remitti possent peccata, impleret, hinc *δαρσάν* non causam efficientem indicat, sed falsam, (meritum operum) rejicit. Sunt ergo *nostri respectu* peccata gratuito remissa, nihil enim in nobis quod id impetrare queat, non vero respectu CHRISTI, & ratione ejus meriti. An autem alius liberandi lapsum genus humanum modus possibilis fuerit, vix asserere suscipimus vid. *B. Du. D. Grav. in quæst. illust. disp. 6. q. 2* heic dicimus cum *Bernharo epist. 120.* Cur inquis per sanguinem, quod potuit facere per sermonem? Ipsum ininterroga, mihi scire licet quod ita, cur ita non licet.

XIX. Satisfecit autem hæc SS. Trinitatis persona quæ terminative assumpsit humanam naturam, obedientia sua

sua plus una, videl. *activa & passiva*, ut unica fidei norma S. S. docet. Non enim tantum pro nobis est mortuus *Rom. 5. 6.* sed & legem implevit pro nobis *Matth. 5. 17. Gal. 4. 4. 5.* ejusdemque merito ac beneficio justificationis legis in nobis impletur. *Rom. 8. 4.* Hinc nulli non patet errorem errare Piscatorem non parvum quando in ep. ad *Ebr. c. 10.* scribit: Diemeil der Apostel bezeuget, daß wir geheiligt seyn, durch das Opfer des Leibs JESU Christi, so folget daß diejenigen irren die da lehren, daß wir geheiligt werden, durch das heilige Leben Christi, oder durch den Gehorsam, den Er dem Gesetz geleistet. Putat hic Novitatis studiosus, quod, quia sæpissime obedientiæ passivæ fiat mentio, ejus tantum fiat mentio, quod tamen *ἄλογον καὶ ἀντίθετον*: Non frustra enim peccatorum remissioni *Rom. 4. 6. 7.* justitiæ CHRISTI imputatio adjungitur. Justitia autem CHRISTI consistit in perfecta obedientia legis, quam activam esse nemo inficiabitur. Unde etiam obed. activæ sive vitæ fit mentio *Matth. 5. 17. 18. Rom. 5. 18. 19. c. 8. 34. c. 4. 2. Cor. 5. 21. Gal. 4. 5.* & propterea quando tales in SS. occurrunt phrasæ, quæ uni tantum obedientiæ vim merendi tribuere videntur, ut *Act. 20. 28.* non sunt separativæ aut exclusivæ sed distinctivæ & passivæ obed. obed. vitæ præsupponit, ob intimam enim earum conjunctionem unius tantum fit mentio & præprimis *passivæ*, quia in hac est *complementum*, & etiam obedientiæ pars præcipua & h. m. etiam verum est illud *Hebr. 10. 14.* *Unica oblatione consummavit in perpetuum eos qui sanctificantur.* Accedit quod etiam in agone mortis excellentes obedientiæ activæ ediderit virtutes; *v. 9.* Amorem erga suum Patrem æternum, erga proximum ardentissimam dilectionem, patientiam, fiduciam invocationem.

XV. Hæc autem omnia non ut debitor fecit, legi enim, cum non nudus esset homo, nil quicquam debebat, sed

sed ut Amator, nam ex liberrima voluntate Θεάνθρωπος Deo Patri factus est obediens, & totum genus humanum redemit. Est enim CHRISTUS propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed pro TOTIUS MUNDI. *Job. 27.* unde Lux hæc illuminat *Job. 19.* & salvos facit *2. Petr. 3.* OMNES homines *Conf. Job. 1. 29. Ezech. 33. 11. Esa. 55. 1.* Nam sicut in Adamo OMNES (Mariam quæso ne excipe!) moriuntur, ita in CHRISTO OMNES vivificantur, dicimus cum Paulo *1. Cor. 15. 22.* Æque ergo meritum CHRISTI late patet ac peccatum Adami, (remoram hæc nobis a Socino, Osterodo, alisque Photin. pecc. Orig. contra SS. *Gen. 6. 5. Job. 14. 4. Psal. 51. 7. Job. 3. 5. Ephef. 2. 3.* negantibus injici non patimur) & est convenientia inter peccatum Adami & justitiam CHRISTI. 1. ratione causalitatis & efficientiæ; sicut primus homo dictus Author sive caput generis humani & Author peccati, ita secundus Adam JESUS CHRISTUS Author justitiæ satisfactione sua, merito ac obedientia causa fuit nostræ justificationis. 2. ratione effectus & ordinis; sicut lapsus Adami ut meritum culpæ reatum peperit ac condemnationem tanquam meritum pænæ, ita υἱόν CHRISTI promeruit absolutiorem a peccatis sive justificationem. 3. ratione communicandi sive extensionis; peccatum & injuria Adami toti generi humano ratione reatus & pænæ imputatur, ita vicissim justitia CHRISTI omnibus hominibus imputatur. Hanc comparisonem Vir Max. Rev. Ampliss. ac Excellenriff. J. T. Major SS. Theol. D. ac P. P. undique Celeberrimus. Dn. Patronus ac Præceptor maxime semper mihi æstimandus, in coll. disp. priv. in Aug. Conf. instituit. Valeant E. Weigelianizantes Calviniani cum sequacibus universalitatem meriti & Redemptionis negantes; nec patrocinantem habent locum *Job. 17. 9.* nam recte dicit Kekermanus: satisfacere & orare esse duo inseparabilia ἀπορρίσματα officii CHRISTI Sacerdotalis, propterea

C

ergo

ergo dicimus CHRISTI preces *c. l.* non pertine ad ejus officium Sacerdotale, sed esse orationem specialem. Nam oratione Sacerdotali oravit pro transgressoribus *Esai 53. 13.* & qui suæ crucifixionis erant rei. *Luc. 23. 34.* tales autem omnes sunt homines. vide & hujus dicti acuratiss. explic. in *Max. Rev. Ampliss. ac Excellenriss. Dn. D. König vindic. sacr. L. 25.*

XVI. Tribuimus duabus in CHRISTO naturis opus Redemtionis cum Scriptura Sacra, quando *Galat. 3. 13.* dicit: *CHRISTUS factus pro nobis maledictum, ut redimeret nos a maledictione legis.* Conf. *Eph. 5. 2.* Actiones enim & passiones non sunt naturarum sed Personæ. Quid autem ad hoc *Stankarus?* Secundum humanitatem CHRISTUM esse Mediatorem docere dicebat Scripturam, *1. Tim. 2. 5.* Sed ubi SS. CHRISTUM secundum humanam naturam, TANTUM Mediatorem esse scribit? Nullibi! dicit: *Mediator debet mori, CHRISTVS secundum divinam naturam non potest mori,* E. Resp. Mediator non tantum debet mori sed etiam conterere caput serpentes, adducere homines in vitam æternam, conciliare, ob peccata separatum hominem DEO &c. quæ omnia absque Mediatoris divina natura valorem operibus ab humana factis addente, fieri nequeunt. Quamvis ergo DEUS non sit passus & mortuus in proprietate naturæ: passus tamen & mortuus est in unitate Personæ. Nec obstat, quod divina Natura sit pars læsa: quia hic non consideratur ratione suæ essentiæ, ut unum est cum Patre & Sp. S. sed ratione officii, & quatenus est missa in hunc mundum. Quid autem ad hæc Andr. Osiander? Stankari extremo sese obponens ad alterum relabatur, & CHRISTUM secundum solam divinam naturam nostrum esse Mediatorem asseverat; harum sent. ref. vide in *B. Schlüsselb. car. bær. l. 6. p. 42. &c. & l. 9. p. 36. Vigil. quidem contra Eurychen. l. 2. dixit: Divinitas clavis confixa est. & Cyrill. de incarn. unig. c. 27. divinitas in partiburo*

velo pariebarur: sed excusandi sunt; quia non in gratiam Eutyech. uti Max. Rev. Ampliff. ac Exc. Dn. D. Praeses, Patronus, Praeceptor ac Promotor sancte semper mihi devenorandus in coll. priv. super Carb. B. Diet. L. de CHR. cont. 1. log. sed ad eo fortius convincendum. Nest & Samos. sic locuti sunt. Dicimus ergo cum Aug. Divinitas sine humanitate non est Mediatrix, humanitas sine divinitate non est mediatrix: Sed inter divinitatem solum & humanitatem solam mediatrix est humana divinitas & divina humanitas, rationes vide apud B. Dn. D. Chemn. Theol. incomparabilem in lib. de com. id. p. 68. 69.

XVII. Sed nec hic Papanos habemus assentientes; dum Merito CHRISTI, merita Sanctorum, qualis v. g. claudicans miles Lojola est) & nostra, addunt 2. B. Marianz (quam Wig. ab aeterno a Sp. S. conceptam; a DEO creatam, per quam omnia facta, & ἀναμάρτητον falso statuunt) fuisse in opere Redemtionis CHRISTI adjutricem, hinc blasphema illa in *antid. anima* f. 118. verba: Adoro & benedico sanctissimos pedes tuos, quibus antiqui serpentis caput calcasti. 3. dicunt cum Stancaro, CHRISTUM secundum humanam naturam tantum fuisse nostrum Redemptorem. Lomb. 3. sent. dist. 9. l. G. Bellarm. 1. de just. c. 2. Efficiens per modum instrumenti conjuncti est CHRISTI humanitas, cum absurdum sit dicere CHRISTUM secundum divinam naturam etiam fuisse obedientem. Sed jactitent modo hi. 1. sua bona opera cum Paris. Luc. 18. dicentes; Gratias tibi agimus Domine, quod non simus sicut reliqui homines (sc. Luth.) sed jejunamus, Missas celebramus, huc aut illuc ossa Sanctorum auro & argento obducta osculandi gratia, ut sic justificemur tendimus, (stolidi hi homines osculando ossa pravia penitentia justificari cupiunt, sicut colligi potest ex Th. a Kempis l. 4. de imit. Ch. c. 1. §. 8.) tandem tamen vox personabit dulcis:

dulcis: Descendit hic (Lutheranus) iustificatus domum suam, potius quam Papissa, Papa aut Lojola. *Extollant. 2. Mariam*, quæ tamen ipsa nobis *Johan. 2. 5.* dicit. *Quicquid Filius meus vobis dixerit, facite, & dicant cum lib. cant. diling. edit. Ao. 1573.* Du Maria rein durch dein Gehorsamkeit und Gottselige Demüthigkeit hast den Teuffel zerknirscht sein Haupt, und ihm aller Macht beraubt. *Facient hoc contra Scripturam.* Nobis 3. CHRISTUS sec. utramque naturam est Mediator, licet Bell. consequentiam nestat in consequam 1. Si CHRISTUS DEO Patri obedivit certe ut *DEUS* a Patre distinguitur, *alius igitur DEUS est Pater alius Filius.* 2. Qui obedivit minor est eo cui obedivit. 3. Filius in ea persona obedivit, qua obiit. Resp. (α) vocabulum obedientiæ sumi vel pro admirando τὸ λόγος incarnandi actu, θεῖα vel pro actu τὸ λόγος incarnandi θεανθρωπῶ & officiali. verba sunt, *Beatiss. Viri Dn. D. Gerb. in Conf. Cath. l. 2. Art. 2. p. 502.* Bellar. obed. vocab. sumit posterior modo. (β) ad primum, cum *Max. Rev. Dn. D. Musæo Theol. acutiss. undiquaque Celebratiss. in colleg. priv. super form. conc. An. 650. hab.* Neg. consequentiam, hoc enim sequitur: Si DEUS Filius DEO Patri obedivit, sequitur DEUM F. a DEO P. distingui, quod verum quia vox DEUS uti *Job. 3. 16.* sumitur personaliter, & sic nostra doctrina non repugnat sed consentit Symbolis. *Ad secundum* Qui alterum mittit *ex Imperio* major est eo qui mittitur, sic major vera, minor, quæ non nostra, loquimur enim de missione ex consensu, falsa. Deinde F. D. non obedivit Patri secundum divinam naturam agendo humilia, patiando, moriendo, sed hisce valorem tantum addendo, quia Filius DEI passus est, & obediens fuit in unitate Personæ; illud enim importaret minoritatem: hoc minime. Et sic etiam responderi potest ad tertium. Notandum enim & hoc, opera *θεωρητικῶν* considerari posse vel *ratione Entiatis* vel *ratione valoris*:

loris: jam non illo, sed hoc modo in div. naturam ea cadere dicimus.

XVIII. Non sufficit autem ad justificationem cordis contriti, *Causa Principalis efficiens*, aut *Meritoria*, sed maxime etiam opus est *instrumentali*. quadruplex, *dans & accipiens*. DEUS pro causa instrumentali utitur Sacramento *Eph. 5. 26. Tit. 3. 5.* & verbo *1. Pet. 1. 23.* quæ gratiam DEI & justitiam CHRISTI in Evangelio offerunt, quæ licet effectum per se & virtute propria non attingant, tamen ultra suam naturalem virtutem ad eum producendum a causa Principali elevantur. Verbo sunt *Magni Dilberri*, longissima vita, ob præclarissima merita de Universitate & Ecclesia dignissimi, in *Colleg. priv. apher. A. 642. hab. Accipiens est fides*, quæ quasi manus est Spiritualis, *nec Justificationem physice causat*, nam actus liber DEI non potest physice causari a re quæ est extra DEUM, cum enim actus liber DEI ex parte ipsius DEI causam non habeat a qua physice producat, quanto minus habebit ex parte nostra? Justificatio autem est actus liber DEI & ipsi intrinsecus, quia est actus judicialis & formaliter in declaratione judicis consistit. E justificatio non potest physice causari, a fide *sed moraliter*. Meritum CHRISTI ergo & fides non per modum effectiois, sed per modum meriti & satisfactionis, quæ est causaliter causæ moralis ad justificationem hominis concurrunt, uti Philosophus in *auræ de causa morali disp. 26. 87. & seqq. acutissime*, ut solet, demonstravit. Sicuti enim certum est, quod Meritum CHRISTI, sive duplex ejus obedientia, activa & passiva, sit causa efficiens Moralis nostræ justificationis, cujus intuitu DEUS nos a peccatis absolvit, quæ alias etiam dici potest impulsiva; nec implicat, DEUM causari ab aliquo, quod est extra eum, per modum causæ moralis: Sic etiam fides, quia apprehendit causam meritoriam justificationis, nempe me-

ritum CHRISTI: moraliter causat justificationem, & est justificationis causa instrumentalis. Fides ergo quia apprehendit sibi que adplicat CHRISTI meritum, salvat *Hebr. 2. 4. Rom. 3. 22. 26. 28. c. 4. 3. Gal. 2. 26. Eph. 2. 8. Act. 10. 43.* ut docet exemplum Abrahamæ *Rom. 4. 2. 3. 6. 7.* sic enim omnes salvantur *Eph. 4. 5. Act. 15. 11.* Dicimus igitur cum Sacra Scr. Solam fidem justificare i. e. nihil esse in homine cujus intuitu nos DEUS justificet quam fidem, quæ apprehendit causam meritoriam, meritum CHRISTI.

XIX. Verbum autem *justificare* in hac prop. *Sola fides justificat*, accipi, dicimus cum s. laud. *Max. Rev. ac Excell. Dn. D. Museo c. l.* eo modo quo dicitur: *meritum CHRISTI justificat. Meritum CHRISTI* autem justificat meritorie & per modum causæ moralis; sic fides justificat quatenus apprehendit illam causam meritoriam, meritum CHRISTI, Quo respexerunt Theologi, quando dixerunt: fidem non justificare ut est qualitas vel actio, vel opus, sed ut est relatio ad meritum Christi: Quia plane nullam vim justificandi habet, quam quatenus apprehendit meritum Christi. Unde etiam si congrue loqui velis, fides non producit in nobis efficienter & physice per modum denominationis intrinsecæ, justificationem: sed per apprehensam causam meritoriam & modum denominationis extrinsecæ. Nam justificatio est actus liber in Deo qui ex parte rei idem cum Deo, & forensis, uti etiam ex *civ. de causa morali disp. Excellentissimi Slevogtii* patet. Hinc nihil est in homine quod ad justificationis formale concurrat. Propterea fides quoque refertur ad penitentiam quæ formaliter in hoc consistit, quod homo ob peccata ex lege agnita dolet, peccata omni modo detestatur, fide in Christum sese erigit, promissiones de gratuita rem peccatorum propter Christum apprehendit & in iis ponit fiduciam, quam postea subsequitur Justificatio.

fu. *admiri*

Hinc

Hinc non licet arg. quia actus fidei justificans, est actus homini internus, ergo etiam justificatio. Quia autem solius fidei intuitu homo justificatur: recte dicitur. Sola fides justificat. Unde huc etiam respexit in *compend. Exam. Phil. Beatissime nunc cum CHRISTO, cujus fidelissimus erat servus, quiescens ac vivens Saubertus*, quando justificationem etiam respectu nostri desinivit.

XX. Gravis hic nobis adversaria a nequissimis Lojolithis constituitur, qui fidem nequaquam justificare dicunt nisi simul cooperentur bona opera. Propterea Jesuwita Marinus Becanus in *man. cont. L. 1. c. 16. g. 4. v. 2.* arg. *Nihil ob adversario debet asseri, praesertim in rebus ad salutem spectantibus, nisi habeatur in Sacra Scriptura* (recte se major haec habet, quia tacente Scriptura & nos tacemus, loquentem autem Johannam suam s. v. Johannem ne quicquam curamus.) *At nusquam* (grave verbum si esset verum. vide. *Marc. 5. 36. Rom. 3. 28.*) *habetur in S. S. solam fidem justificare.* E Thraso-nice hoc arg. gerro putidissimus extollit, quia nec *Lurb. nec Calv. ut dicit, potuit dissolvere.* Audacter mentire Cain? Nescin' Tibi aliquando de hoc mendacio pernicioso justissimo Judici J. C. rationem reddendam? Certe non solum illud quod sec. literam, sed quod per bonam consequentiam elici potest, in SS. continetur. Audi modo Esauita, nostrum Lutherum *T. V. G. 7. f. 140. loquentem: War ist, (inquit B. Vir,) diese 4. Buchstaben SOLA* stehen nicht drinnen, (nemlich im Griechischen) welche Buchstaben die Eselsköpff (die Pabstler) ansehen wie die Kuh ein neu Thor oder Dorff. Sehen allda nicht, daß gleichwohl die Meynung des Texts in sich hat, und wo man es will klar und gewaltig verdeutschchen, so gehöret es hinein, denn ich habe Teutsch und nicht Lateinisch oder Griechisch reden wollen, da Ich Teutsch zu reden im Toll-metschen vorgenommen habe, dis ist aber die Art unser teutschchen

sehen Sprach, wenn sich eine Red begiebt von zweyen Dingen, der man eins bekennet, und das ander verlaugnet und verneynit, so braucht man das Wort (solum) allein, neben dem Wort nicht oder kein, als wenn man saget, der Bayer bringet allein Korn und kein Geld etc. Quibusdam interjectis hujus particulae, ut additur necessitatem huiusce probat verbis: Aber nun hab Ich nit allein der Sprachen Art vertrauet und gefolget, daß Ich Rom. 3. solum (Allein) habe hinzugeset, sondern der Text und die Meynung S. Pauli foddern und erzwingens mit Gewalt, denn er handelt ja daselbst das Hauptstück Christlicher Lehre, Nemlich: Daß wir durch den Glauben an Christum, ohn alle Werck des Gesetzes gerecht werden, und schneit alle Werck so rein abe, daß er auch spricht, des Gesetzes (daß doch Gottes Gesetz und Wort ist,) Werck nicht helfen zur Gerechtigkeit. Und setzt zum Exempel Abraham: daß derselbige sey so gar ohne Werck gewesen, daß auch das höchste Werck, das dazumahl neu geboten ward von Gott, für und über allen andern Gesetzen und Wercken, nemlich die Beschneidung ihm nicht geholffen habe zur Gerechtigkeit, sondern sey ohn die Beschneidung, und ohn alle Werck gerecht worden, durch den Glauben, wie er spricht, Rom. 4. Ist Abraham durch die Werck gerecht worden, so mag Er sich rühmen, aber nicht für Gott. Wo man aber alle Werck so rein abschneit, da muß ja die Meynung seyn, daß allein der Glaube gerecht mache, und wer deutlich und dürre von solchen Abschneiden der Werck reden will, der muß sagen, Allein der Glaube und nicht die Werck machen uns gerecht, das zwinget die Sach selbst, neben der Sprachen Art. *plura vide l. c.* Imo ipsa Scr. S. hanc habet consuetudinem, ut quod uno in loco in definite absque exclusiva, alibi partic. exclusiva addita explicet:

plicet: *Deuter. 16. 13.* dicitur: DEO servies. hoc a CHRISTO sic profertur: SOLI DEO servies *Marth. 4. 10.* idem hoc inquirendi alibi patebit. Et certe vulgatus interpres aliquoties particulam inseruit exclusivam, vide *Deuter. 12. 32. c. 16. 17. v. 22. 27. 1. Sam. 10. 19. c. 18. 8.* cur non in illo sed tantum in Luthero nostro hoc tantopere culpatur? Licet dicas ob Canonizationem Papæ tolerandam esse, tamen eandem Nos qui negamus Papam esse Ecclesiam CHRISTI, & verius templum Satanae hodiernos Papas sive Nebulones, esse dicimus, repetimus quaestionem. Hinc inter ipsos Pontificios sunt, qui de hac vocula veritate inducti recte sentiunt. Nam ut taceamus, Erasimum alicubi dixisse: *Vox sola rot clamoribus lapidam hoc seculo in Luthero reverenter auditur & legitur in Parribus*, audimus *Hoffmeist. in barm. A. C. Fabr. p. 46.* dicentem: *Ante exortum hunc in Ecclesia tumultum, nemo fuit offensus particula illa sola, quam jam teneræ quorundam aures vix ferre queunt: nemo enim unquam in jus vocavit D. Ambrosium, quod affirmaverit hominem sola fide justificari.* Cui non adversantia protulit *Hofius* alias Protestantium osor & rofor non minimus, *epist. 17. ad Ruard. Tapperum: Non solum Augustinus*, inquit, & *Ambrosius*, sed & *Bernbardus* & alii multi usi sunt hoc loquendi genere, quod sola fides justificet. Testimonia domesticorum non curantes dicunt septem actus requiri quibus impii disponantur, v. g. fides, timor, spes, dilectio, pœnitentia, propositum suscipiendi sacramenta, & propositum emendandi vitam, s. v. observationis mandatorum. *Cens. Col.* dicit præter hæc multa alia esse quæ longum foret enumerare. Resp. 1. Si per *dispositionem* Catholicæ præparationem quandam a Sp. S. in hominibus justificandis tanquam partem ordinis divinitus constituti excitatam, intelligerent, facile assentiremur: quia autem intelligunt meritum de congruo, *Bellarmin. l. 1. de justific. c. 21.* nunquam fier.

D

2. Justi-

2. Justificationis vox sumitur *late*, prout totam complectitur conversionem, & hoc modo tales actus ratione presentiae requiri nemo est qui dubitat, sed h. m. in voce justificat. magna est ἀπολογία. vel *stricte* & h. m. justificatio est actus forensis absque operibus consideratus, quanquam fides non est sola sed spei timori & c. conjuncta, clamant: quæ sunt conjuncta, pariter unum effectum causant. Verum absurdi sunt, animæ facultates sunt *sola* unum nec tamen ejus potentiae unum habent effectum, nam intellectus non vult nec voluntas intelligit; Oculus capiti junctus videt, nec tamen oculos videt & caput videt; Lojolita cum caputio quadricipti discurrit, disputat, animas seducere laborat, nec tamen caputium, sed nequam & lupus sub caputio, hoc facit. Fides quidem in eo qui non secund. præcepta divina vivit, est mortua *Jac. 2.* interim operibus juncta vim ab eis non habet, sed tantum veræ ea sunt fidei testimonia. Excipit Beccanus *At SS. unum eundemque effectum tribuit charitati & fidei. Luc. 7. 47.* Resp. cum Maxim. Reverend. Magnif. Amplif. ac Excell. Walthero SS. Theol. D. Celebrariff. per Duc. & Com. Cello-Lunenburgicos Superint. Generaliff. & c. de Ecclesia Christi meritisimo, in Harm. Bibl. ad b. l. dicente: particula *ὅτι* non est causalis sed rationalis i. est probatio assertæ sententiæ, idemque significat, quod enim, sive nam, non propter. CHRISTVS enim 1. hic non docet Pharisaum, quæ sit causa, cur mulier remissionem peccatorum, aut justificationem sit adepta, cum is justificacionem proptus negaret. 2. neque questio erat, quæ causa vel merito sit justificata? Sed an sit justa coram DEO? Negabat id Pharisaus, affirmabat CHRISTVS, ideoque convincit eum argumento ducto ab effectu, quod ea jam magis sit justa coram DEO per remissionem peccatorum, quam ipse qui adeo de sua operum justitia confidebat. Non dicit si vis scire causam justificationis ipsius, eam Tibi dicam; sed hoc saltem innuit: Tu negas

negas hanc mulierem esse iustam quod ego, ajo, idque in de probo, quia diligit ardentissime. *Atque hinc B. Luth. re-ctissime vertit, dann, per vocabulum rationalem, non darumb, quod causam efficientem indicat. 3. Si vero efficientem justificationis illius causam nosse quis avert, is velim introspiciat v. 50. ubi ad mulierem CHRISTVS: fides tuate salvam fecit, abi in pace. Hæc summus Vir.*

XXI. P. Marcellus Jesuita Bamberg, *Miror, inquit: Lutheranos apertissimo dicto de vi & efficacia Charitatis testante 1. Corinth. 13. 2. nolle cedere, quo tamen contra Lutheranos nihil clarius. Hinc argumentabatur: Si is qui quacunque fidem habet non potest salvari absque charitate; sequitur charitatem majorem esse ipsa fide. Resp. dictum Pauli loquitur aut de fide justificante, & sic in subsumto nil ponit in esse, quia est conditio impossibilis, fides enim summa sine charitate, Gal. 5. 6. est homo sine disciplinabilitate, ignis sine calore, quod ἀλογον καὶ ἀντικείμενον ἐν προσκειμένω aut miraculosa, & sic dictum est ἀσκοπον. Quod autem talis fides c. 1. intelligatur, patet ex contextu, ubi loquitur de transpositione monnium, quod certe non est fidei salvificantis sed miraculosa, quæ eo tempore adhuc vigeat effectus. Duo reg. Marcell. 1. quod Paulus de omni loquatur fide, & sic etiam de salvifica. 2. falsum esse charitatem non esse separabilem a fide justificante, quæcunque enim sunt in diversis subjectis ea sunt separabilia, Atqui charitas & fides &c. E. Respondeo ad 1. contextus evincit τὸ ΟΜΝΕ esse universale in suo genere & astringendum certæ speciei, miraculosa sc. fidei, de qua v. 9. sermo est. Vid. Reverendiss. Dn. D. Walth. harm. Bibl. in hunc l. Ad 2. ipsi Scholastici realem distinct. inter voluntatem & intellectum non concedunt, qua ergo fronte Marcelli, contra tuos sentis aut saltem loqueris. Hinc Durandus in 1. sent. dist. 3. q. 4. existimat, voluntatem & intellectum*

non esse potentias reipsa distinctas, sed unam eandemque Enri-
 zantem absolutam, quæ tamen propter ordinem & relationem
 ad diversos actus, videlicet ad functiones intelligendi & volendi
 duarum potentiarum rationem forriatur. Vide pl. B. Dn. D.
 Gerbard. Tom. III. de justisc. p. m. 1069. & posito facultates a-
 nimæ esse distinctas: tamen quia SS. FIDEM in volunt. & in-
 tell. consistere docet, & nos docemus. Dixi FIDEM, nam
 eodem arg., quo Marcellius fidei & charitatis inseparabili-
 tatem obpugnavit, alias ad negandum, fidem esse fiduciam,
 Pontificii utuntur. Et propterea Resp. ad majorem, fidem
 considerari posse *vel* in suo esse formali *vel* prout sese habet
 in actu justificationis, priori modo omnino bona opera sunt
 a fide realiter distincta, sunt enim ex parte rei diversa, sed
 posteriori nunquam: quia bona opera fidei justificanti sem-
 per adsunt, saltem actu primo. Deinde notandum non ab-
 surdum esse dicere fidem esse in diversis subjectis, quia
 est unum per aggregationem, consistens in notitia assensu &
 fiducia.

XXII. Tertio contra Nostrates arg. Becanus. Si f-
 des, quæ certo credit sibi remissa esse propter CHRISTUM peccata,
 sola justificat, sequitur omnes Luth. & Calv. salvari, quia am-
 bo hanc fidem habent, si hoc, cur E. Luth. in fraternitatem
 Ecclesiasticam Calvinianos nolunt assumere. Resp. brev. 1.
 Viderur Becanum idem velle quod & hodie ob egregiam
 impietatem & malitiam notissimus, & inter ipsas Jesucidas
 etiam facile audacissimus, nugacissimus, Keddius affingere
 nobis non erubescit, quasi nos statueremus nullum sub Pa-
 patu sive Calvinismo salvari posse, quod contra apertissi-
 mam veritatem est: cum semper Nostrates professi fuerint
 & adhuc unanimiter profiteantur. Nos constituere Ecclesi-
 am particularem. Pontif. & Calv. esse Ecclesias, quamvis
 impuras, & vere sub iis credentes vera esse membra Ec-
 clesie,

clesiæ, quamvis non omnes vere & recte credant. Imo Ecclesiam dicunt ante Lutherum sub Papatu fuisse, quamvis Papatus non fuerit Ecclesia. hinc rectissime *Vir de Ecclesia CHRISTI meritiss. nunc Beatiss. Dn. D. Cundisus, in disp. de Imaginibus. 2b. 55. inquit.* Neque nos sine discrimine quosvis casu Pontificio comprehensos damnamus, & idololatriæ reos agimus, siquidem & in hac mundi senectâ DEUS reliquos fecit septies mille: quorum omnium genua non curvaverunt se Babali i. Reg. 19. 18. Spectant huc infantes, nec non infantibus similes idiota quidam in Ecclesia Pontificia degentes, & universus restium veritatis eborus. Caluminator ergo furens est Keddus & scurra vanus dum nobis somnium & deliramentum Donatistarum, (uti Max. Rev. Dn. D. Præses Patronus meus singularis in refut. nugarum Keddianarum sive 12. postulatorum banc doctrinam vocat) affingere postul. i. suscepit. Nunc ad majoris dicimus consequens, illos qui vere credunt sibi propter Christum remitti peccata utique fieri salvos. Cum autem ex fructibus cognoscamus hominem; judicamus exinde, illos nequaquam posse salvari, qui non tantum paleas & stipulas, sed etiam errores crassos & enormes, quales & Ecclesia Romana & Calviniana habet, audacter sovent & nugaciter defendunt, aut vera esse credunt & in erroribus illis pertinaciter moriuntur. Si autem *Bec.* regerit, responsionem non ferire majorem, exinde, quia loquatur de sola fide non nominatis operibus, quod etiam *Bell. l. 1. de justis. cap. 14.* excipit, quando argumentatur; Si fides a spe & dilectione aliisque virtutibus separaretur, sine dubio justificare non poterit? Non igitur sola fides justificare potest, quod etiam *Andreas Vega Hispanus* vult quando *lib. de justis. c. 22.* dicit: *Si sola fides satis esset ad salutem nullæ essent leges, nec Ecclesiasticæ nec civiles, quæ obligarent in conscientia, neque puniri quispiam posset graviter, nisi pro incredulitate. Quod quidem non aliud*

est, quam fontes & sceleratos homines adversus justos & innocentes armare, pacemque & tranquillitatem, & omnem commodam administrationem ex civitatibus tollere; ac denique sacra & secularia, caelestia & terrestria, divinaque & humana omnia miscere & sub teterrima quadam caligine & verri-gine confundere. Sed Resp. Fides in actu justificationis omnino est consideratur sola, sed illa nunquam debet esse solitaria. Vera enim fides semper interiori revonationi est conjuncta, ut patet. *1. Tim. 5. 8. Gal. 5. 6. 23. 24. Eph. 3. 17. 1. Job. 2. 3. c. 5. 1. Jac. 2. 17.* Unde nullus orthodoxorum unquam docuit bona opera esse salutis cupido spernenda, sed potius renato maxime necessaria, quamvis lis sit, An sint necessaria ad salutem?

XXIII. Sæpe solam fidem justificare nobisque imputari ad justitiam, diximus; cur non etiam penitentia? Matth. 4. v. 17. timor? Eccles. 1. 28. spes? Proverb. 28. 25. dilectio? Luc. 7. 47. &c. quæ sunt *dispositiones & præparationes* ad justificationem inquiet Papæus cum impio *Conc. Trid. sess. 6. c. 6. Resp. 1.* Quicquid sequitur, id rei quam sequitur non potest esse præparatio, præparare enim & disponere est ad alicujus rei receptionem subjectum aliquod aptum reddere. Timor spes & sequuntur justificationem. Bona opera enim non præcedunt justificandum sed sequuntur justificatum. *Aug. de Spir. & lit. c. 27. t. 3.* E. non possunt esse ad justificationem dispositio. Pro fide argumentamur: Si ne quo in & a nobis impossibile est aliquid fieri posse, quod placeat DEO, illud omnino est causa unica per quam & nos & omnia opera, in & a nobis profecta, placeamus. Atqui sine fide impossibile est aliquid in & a nobis esse aut fieri quod placeat DEO. Ergo fides est causa unica, ob quam & nos & omnia opera in & a nobis profecta, placeamus DEO. *Dicit: at Psal. 106. 31. Pinehæ zelus ob religionem re-*
puta-

putatur ad justitiam. Ergo aliquod præter fidem ad justitiam imputatur. Resp. reputatum est ei tanquam opus justum cui promissum erat felicitas temporalis, quæ imputatio *improprie* sic dicitur. Falluntur ergo Pontificii qui fidem pro dispositione tantum ad justificationem habent. *Becanus Tr. 4. de justis. c. 3. quæst. 3. s. 2. dicit: Inter has dispositiones primum locum tenet fides, qua est fundamentum & radix totius salutis & justificationis, ut loquitur Conc. Trir. sess. 6. c. 8. & colligitur ex illo Hebr. 11. 6. Accedentem ad DEUM oportet credere.* Verum primo negamus fidem esse præparationem aut dispositionem ad justificationem. Vaniloquentias enim has Scriptura Sacra nobis non inculcat, sed dicit nos JUSTIFICARI, NON DISPONI, fide, ex fide, per fidem *Roman. 3. 22. 25. 26. 27. Galat. 2. 16. c. 3. 5.* item quod fides imputetur pro justitia *Roman. 4. 3. 5. &c.* quomodo vero nuda dispositio imputari poterit ad justitiam? Nec fides ut virtus aut qualitas *physica* ingreditur justificationem, propterea neque *dispositive*, meritorie aut *perfective* concurret ad justificationis constitutionem. Deinde recte dicit *Becanus*, fidem esse fundamentum & radicem nostræ justificationis, sed contra seipsum loq. fundamentum enim non est dispositio, sed dispositio fundamentum præcedit. Contra *Script. autem, Ephef. 3. 2. 1. Joban. 3. 21. Hebr. 3. 6. cap. 4. 16. cap. 10. 22. Bec.* fidem tantum dicit esse assensum. Ad dicta: *Matth. 4. 17.* dicit Christus: Resipiscite; jam quæ est consequentia? Christus hortatus ut resipiscamus, ergo penitentia conjuncta fidei est præparatio ad justificationem? tam egregia ut hæc: in tribus linguis Christo inscriptio facta. Ergo tres sunt linguæ authenticæ. *Proverb. 28. 25.* agitur de universo salutis cursu usque ad mortem. Justificatio autem est auctus consistens in indivisibili, cujus nullæ sunt præparationes Pontificiæ. *Rom. 8. 24.* dicitur *spe* servari sumus: sed Resp. vox *spes*

spes sumitur interdum pro fide. Ut in Psal. sæpe fit & hinc recte eadem spei tribuitur operatio quæ alias fidei, interdum fidei obponitur, & idem est ac bona futura a Deo expectare, & hoc modo spes fidem sequitur, ac dispositio ad fidem esse nequit, hoc modo c. etiam l. accipitur. *Eccles. 1. 28.* nihil habetur in græco originali textu de timore, sed sic habent verba: *ὁ δυνήσεται θυμῶν ἐντὴν διαλογίζεσθαι*: Non poterit iracundus vir justificari. quid autem hoc ad rem? quis nostrum unquam dixit vindictæ cupiditate æstuantem, & quatalem, justificari posse? Nullus certe! Neque *civ. l.* agitur de modo, quo reconciliemur Deo, sed quomodo juste vivamus. Ad dictum *Luc. 7. 47.* supra responsum, & quei charitas poterit esse dispositio, cum alias Pontif. statuanteam esse fidei formam? ἀντιφασίς est! Neque *Ezech. c. 18. 31.* agit de justificatione, nemo enim nunquam tam absurde locutus, qui dixerit hominem sese justificare & sibi remittere peccata posse. Nec juvat *Papæos* dicentes; *Si charitas major fide, potius etiam justificat 1. Cor. 13. 13.* Resp. Non absolute sed certo respectu charitas est fide major. Nempe 1. ratione *extensionis*, fides enim tantum DEUM; charitas autem etiam ad proximum respicit. 2. Fides cum morte cessat, charitas autem post mortem demum sese perfecte exserit & in perpetuum durat. vid. *Reverendiss. Dn. D. Waltheri harmon. Bibl. p. 1015.* Fides in *informem & informatam* distinguitur, ut *Becanus dicit, non autem probat, & quei charitas fidei forma esse poterit, cum charitas & opera in actu justificationis sint obposita? Rom. 3. 28. c. 4. 5. c. 9. 6.* fidei ergo *ἐνέργεια*, qualis v. c. est charitas, accurate ab ejus forma, quæ est fiducialis meriti CHRISTI adprehensio, est distinguenda. Nec ullius etiam monenti est ea distinctio Pontif. inter opera fidem antecedentia & consequentia. Omnia enim opera legis, qualia etiam reatorum sunt, cum & iis lex tanquam

viven-

vivendi norma *Psal.* 119. 35. *Rom.* 7. 22. *Gal.* 5. 23. proposita, ab actu justificationis excluduntur. Hinc & Paulus quamvis renatus esset, sua opera *Gal.* 2. 16. *i. Cor.* 4. 4. excludit. Et si dicit Becanus, opera, spem & charitatem v. g. non justificare quidem ut sunt actiones naturales, sed prout sunt supernaturales & cooperatione Spiritus Sancti fiunt, tamen calculum nostrum non meretur: Nam licet tota salus nostra sit opus Dei, tamen nondum est perfecta. Opera autem Dei sunt *vel* mediate *vel* immediate. Opera immediate a Deo quæ sunt sunt in suo genere perfecta, v. g. Creatio, Redemptio &c. non autem mediata, Deus enim movet instrumenta sua secundum eorum captum ac modum. Sic v. g. Deus Adamum creavit & Cainum, illum perfectum quia est opus a Deo immediate productum: hunc imperfectum, non quia est opus a Deo sed ab Adamo factum, non enim poterat fieri ut is qui jam in statu lapsæ & peccaminoso vivebat generaret sibi dissimile & hominem peccato carentem; eodem modo spes, dilectio, aliæque virtutes, sunt quidem actiones Dei, tamen imperfectæ, quia sunt opera a Deo mediate producta, imperfectio autem non est a Deo sed a corrupta nostra natura, quia ergo nunc clare potest, opera nostra esse imperfecta, sic licet argumentari. Nullum imperfectum justificat, opera nostra sunt imperfecta, E. non justificat. Phrasis *Augustini*, *Fides sine charitate non prodest*, est ambigua, nam sic potest intelligi; fides sine concomitante charitate nihil prodest, & sic vera est, uti *1 Jac.* 2. patet; *vel* sic: *Fides cui cooperatur charitas nihil prodest*, & sic non solum a sensu *Augustini* aliena, sed & heterodoxa est, contra Scripturam Sacram.

E

XXIV.

XXIV. Justificationis formale consistit in peccatorum remissione & justitiæ CHRISTI imputatione, (quod alias Theologi causam justificationis formalem adpellarunt.) Est autem *Justificatio*, ut supra probavimus, *actus plane forensis*. Vox autem imputatio non absolute sive physice est intelligenda, quemadmodum arbori furculus imputatur, sed relative, & hæc imputatio duplex est, 1. *realis*, quæ secundum debitum respicit opera & legem, & h. m. sumitur 2. *Sam. 19. 20. 2. Tim. 4. 16. Rom. 4. 4.* & fundamentum est in eo cui imputatur. 2. *rationalis*, & est secundum fidem & Evangelium, hoc autem modo heic accipiendum esse docet in propria hujus doctrinæ sede *Roman. 3. 24. & Coloss. 1. 14. 1. Cor. 30. 2. Cor. 5. 19. Roman. 10. 3.* ipse Paulus. Propterea quando per fidem meritum Christi nobis adplicamus, tunc peccata nostra *regantur Psal. 32. 6. Esa. 64. 6. Roman. 7. 18. & 1. Job. 1. 8. & proprie dicimur justii.*

XXV. Quid autem ad hoc Curia Papæ Proceres, Esauitæ? clarissimis ut solent S. S. dictis refragantur. Bellarmin. 1. 2. de justif. c. 7. scribit: *Feri non potest ut justitia CHRISTI, nobis imputeretur, & pugnant cum ratione ita nobis imputari CHRISTI justitiam: ut per eam formaliter justii nominemur ac simus.* Propterea Pontif. nostram justitiam putativam dicunt, & cum Andrad. in *def. C. Trid. p. 447.* amentissimam insaniam. *Staplet. in Anid. p. 97.* Spectrum Cerebri Lutherani: promti sic ergo erunt ut subscribant *Weig. part. 1. Post. p. 173.* iniquenti: *Woit sey das von allen Gerechten und Frommen, daß sie sich wolten behelffen und bedecken mit der imputativa justitia des Antichristi w.* Verum non nostra doctrina, sed nugæ Bellarminianæ, *DEO, foro & ratione* repugnant,

pugnant, & iisdem etiam injurii sunt in suum *Spurium* Ecclesie Caeolicae caput visibile. *Dicunt*: imputatio est non-Ens ergo vana! sed mi Jesuita, legitimatne Pontifex per physicam quandam infusionem aut actum forenses? *dicunt*: imputatio non inhaeret, Resp. quei inhaeret legitimatno? operum communicatio? Ergo nec haec entia sunt? *Dicunt*: imputationem non posse migrare de subiecto in subiectum: Resp. quei Sponsor imputationem pro qua satisfacit in se derivat? *dicunt*: ab intrinseca forma debere denominationem fieri: Ergo legitimati a Papa non erunt legitimi. Viden' Esauita quomodo contra tuum Papam loquaris, qui tamen *vobis* vice DEUS est, & omni potentia Pontificia gaudet; Ter Opt. Ter Max. adpellatur, cum nec DEUS nec homo sed (*incarnatus forsan Diabolus aut si hoc aliquid pessilientius sit*) utrumque sit licet non credat carnis resurrectionem & vitam aeternam. vid. *Jac. Laurentius in Hug. Grotio Paptizante. p. m. 19. &c.* Probare suas nugas conantur 1. quia nostri dissentiant & mox justificationis formale dicant esse imputat. Justitiae CHRISTI, mox pecco remissionem &c. 2. non esse necessitatis causam ob quam imputatio statuenda. 3. eodem modo essemus justii quo CHRISTUS & deberemus propterea Salvatores dici, 4. Christus restituit quod in Adamo perdideramus justitiam autem imputatam non perdideramus. 5. Si ob imputationem diceremur justii & filii DEI, filius DEI etiam esset ob imputationem dicendus peccator, &, (horreo dicere) filius diaboli, quae omnia *clare* evincunt (non mihi sed cerebro Papano erroribus impleto) nos justitia inhaerente justificari coram DEO. Verum licet speciosi sint Sophistae, tamen nostrum non evincunt asensum.

fensum. Propterea Resp. ad r. docendi causa distingui
 tantum remissionem peccatorum & imputationem jus-
 titiæ. Unus enim est actus; qui realiter divelli nequit,
 & uno horum posito alter quoque ponitur. Quemad-
 modum enim v. g. adveniente Solc, nox dispellitur, ita
 imputata CHRISTI justitia, nebulæ peccatorum cessant.
 Unde etiam Osiander nullam habet rationem, cur no-
 stram orthodoxam sententiã rejiceret. Licet enim
Nostrates, mox CHRISTUM, Christi sanguinem, pecca-
 torum remissionem &c. dicant nostram esse justitiã,
 tamen nulla adparet discrepantia, quia hi modiloquen-
 di unum in re ipsa denotant, & diverso respectu quili-
 bet bonus est. Ad 2. Satis causæ nos habere, ut fugia-
 mus ad meritum CHRISTI, quia *operã nostrã* hic non
 valent, cum omnia & singula sint *sicut pannus mensis*.
Esa. 64. 10. putrida & impura; peccatum enim semper
 nobiscum circumferimus, quia etiam in reatorum
 carne habitat *Roman. 7. 14.* & hinc renovatione indi-
 gemus quotidiana 2. *Cor. 12. 16.* dicentes: O DEUS remitte
 nobis debita nostra, *Matth. 6. 12. Psal. 32. 5.* Ad 3. Re-
 spond. Nos non *active* sed *passive* denominari justos.
 Quæ jam consequentia; Ergo Redemptores possumus
 dici? Cum requiratur ad Redemptoris esse, habitas per-
 sonæ; quam DEUM *θεοῦ ἰσχυροῦ* esse necesse est, & ut
 pro toto mundo satisfaciãt, justitiãque suã impu-
 tet. Ad 4. dicimus; *res* per primum Adam amissa re-
 stituitur in secundo, nempe justitiã, non autem *modus*:
illa propagata fuisset *naturali* generatione, licet per lap-
 sum jam amissa sit: hæc fide acceptatur. Deinde nobis
 etiam inhaerentem justitiã Deo acquisivit, dum ac-
 quisivit remissionem peccatorum & Sp. S. donationem,
 qua

qua fruimur tantum inchoative in hac mortali vita.
 Ad 5. Resp. *Filius DEI* recte dicitur peccator, non tantum quia victima pro peccatis facta 2. Cor. 5. sed etiam quia omnia nostra ei imputata peccata portavit, *Esa. 53. 4.* quemadmodum etiam recte dicitur *inimicus* exsecrabilis, quia factus pro nobis *nardaba Gal. 3. 19.* Si autem queritur: *An scilicet nos justii ita ille peccator dici possit?* hoc cum saepe laud. *Max. Rev. ac Praecoll. Viro, Do. D. Musaeo, Praecept. meo ac fauore quovis honorum cultu & observantia caritatem de venerando, in L. de justif. colleg. priv. sup. Aug. Conf. Anno 6. 49. hab. Negō:* Nos enim dicimur justii, quia mediante fide meritum CHRISTI nobis adplicamus, & hac quasi manu acceptamus, nostramque facimus: Deus autem cum careat quodam medio, quo sibi nostram injustitiam adplicet, etiam ut nos justii, ille ita peccator dici non potest, & multo minus filius diaboli dici poterit cum non faciat opera diaboli *Joh. 8. 44.* Ad dictum *Rom. 8.* quando Electi dicuntur conformes imagini Filii DEI & portare imaginem Christi, pulchre, si diis placet, glossatur sive nugatur *Bellarmin.* dicens: *Atqui Christus non est justus per imputationem, sed vere ac proprie igitur & nos justitiam veram & inhaerentem habere, necessarium est, si enim non re ipsa sed solum putativa justii sumus, magis diaboli quam Christi imaginem geremus. Adde quod veram imaginem Adamii portavimus, ergo justitiam oportet nobis vere ac re ipsa inhaerere, ut & veram Christi imaginem geramus.* Spectra haec cerebri *Bellarminiani* ex superioribus apparent non esse terribilia: hoc saltem addimus, ut fide nos fieri conformes Salvatore nostro *Sicut erat in Jesu Christo, ea enim habitat in cordibus nostris. Iohes. 3. v. 17.*

2. *cruce & calanitate*, nam sicut ille per passionem & mortem intravit in gloriam suam *Luc. 24. vers. 26.* ita & nos per multas tribulationes oportet ingredi in regnum celorum. *Actor. 14. v. 22. tandem in mansuetudine & humilitate Matth. 11. 28. 1. Petr. 2. 21.* Sed, nec ipsi etiam Protestantium hostes non minimi imputationem justitiæ Christi negare possunt. Verba *Pighii* pulchra non piget adferre: *Disimulare non possumus, hanc vel primam doctrinæ Christianæ PARTEM (DE JUSTIFICATIONE) obscuratam magis quam illustratam a Scholasticis SPINOSIS PLERISQUE* questionibus & definitionibus secundum quas nonnulli magno supercilio primam in omnibus Auctoritatem sibi arrogentes & de omnibus facile pronunciantes, fortassis etiam nostram hanc damnarent sententiam, qua propriam, & quæ ex suis operibus esset coram DEO derogamus justitiam omnibus Adæ filiis, & docuimus una, *DEI in Christo niti nos posse justitia, una illa justos coram DEO destitutos propria, nisi hoc ipsum adstruxissemus aliquando diligentius.* Beati, inquit *David*, quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata: *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Non dicit, beati qui ex operibus suis justiciam coram DEO sunt, beatus vir, qui non commisit nec fecit injustitiam; sed, beati quorum a DEO misericorditer remissæ sunt iniquitates, quorum ipse sua justitia tegit & abscondit peccata &c.* hæc & plura alia *Piggii*, quæ vid. apud *B. Gerh. T. 3. p. m. 1460.*

XXVI. Justificamur autem non justitia *DEI* essentiali, utpote quæ est ignis consumens, *Deut. 32. 22.* & qua *solus Deus* est justus, quemadmodum misericordiam suam *solus est misericors* Constitit enim in remissis pecc.

pecc. *Roman. 4.7. Psal. 32.1.* Accedit quod etiam nullus incarnationis esset usus; & gratiosa DEI in habitatio sit justificationis consequens. Videntur autem ob stare dicta quaedam Biblica. *Jer. 23. 9.* dicitur: JEHOVA est justitia nostra. Atqui JEHOVA est essentialis justitia. E. Resp. JEHOVA dicitur nostra justitia per meton. effectus pro causa, quod qui Andr. Osiander cum societatis proprie, ut & hodie *Weigel.* accipiebat, erravit: Distinguant ergo inter *justitiam meriti* & inter *justitiam personae*, non hac sed illa nos *formaliter* sive *proprie* justificari dicant, nisi etiam velint nos omnipotentes, & omnipraesentes statuere, cum enim justitia DEI ejusque omnipotentia ex parte rei sint unum & idem, ob simplicissimam ejus Entitatem, non poterit nos is qui nos justitia DEI, essentiali statuit justificari, etiam nos omnipotentes statuere. *Dan. 9.24.* Justitia nostra dicitur *aeterna* ratione finis & efficaciae. Reliqua Osiandri Arg. *partim* plus habent in conclusione quam praemissis, *partim* confundunt causam effic. cum justif. formalitate vid. *Schluss. selb. cat. harez. 1.6.* Eundem falsitatis tramitem terunt *Weigel.* quorum *sententiam cum accurata refut. vide in B. Dn. D. Thummii impietate Weig. errore LXI. p. m. 139.* Pater est in Filio per essentiam *Johann. 10. 30. λόγος* in assumta carne per *ὁμός αὐτῷ Job. 1. 14.* & nullibi dicitur quod eadem sit unitas inter DEUM & fideles, ac est inter Trinitatis personas. Saepe in SS. dicitur, DEUM esse in nobis, sed nunquam, quod essentialiter sese nobis uniat. *Unimur* autem cum DEO I. *Generaliter* per verbum, ita ut vivificae ejus virtutis participes redditi, organa fiamus & vasa Gratiae ad inserviendum DEO & proximo, II. *Specialiter* & haec unio est vel I. *Spiritualis*, quae fit quando

quando *fide* adprehendentes CHRISTI meritum veniunt in intimam ejus familiaritatem, ita ut ipse in nobis maneat & nos in ipso. *Job. 17. 23.* 2. Sacramentalis est Communicatio corporis & sanguinis JESU CHRISTI in S. Cœna cum pane & vino benedicto, quibus mediantibus modo inexplorabili caro & sanguis finus, de carne & sanguine ejus.

XXVII. Præter divini nominis gloriam, justitiæ ac misericordiæ div. manifestationem *Rom. 3. 25. 26. Pf. 51. 6.* causa justificationis finalis est *salus animarum*, quæ consistit in *pacifica conscientia*: Fructus enim justitiæ erit pax, quies & securitas usque in sempiternum *Esa. 32. 17.* nam justificati fide, pacem habemus apud DEUM *Rom. 5. 1.* & æterno Triumpho: finis siquidem fidei nostræ est vita æterna: *1. Petri 1. 9.* Gaudete ergo mortales DEUS sese juramento *Ezech. 33. 11. Job. 8. 51.* obstrinxit, se vestram salutem velle, & quia DEUS est fidelis *1. Cor. 1. 8. 9. c. 10. 13.* suisque in promissionibus infallibilis *Phil. 2. 12. certe sitis de vestra salute*, si modo serio auxilium DEI invocatis *1. Job. 5. 14.* Sacramenta usurpatis, & impietati consensum denegatis. Pontificii clamoribus prævalere victoriamque tumultuando rapere studentes, contrarium fati audacter sed minus fundamentaliter probare laborant, vid. *Card. Bellarm. l. 3. de justif. c. 2. Martin. Bœc. in man. l. 1. c. 16. g. 7. & in Tb. Schol. tr. 7. c. 3. de justif. s. 2.* ubi inquit: *Certitudo fidei non habetur, nisi de re divinitus revelata. Unde si DEUS alicui revelaret, se ipsi remittere peccata, is haberet certitudinem fidei de sua justificatione, quod contingit Magdalena, Paralytico, Zachæo, Larroni. Contra quibus non revelat non possunt habere hanc certitudinem. At quis nostrum est cui revelavit?*

Respon-

obstrup

Respondeo, certo certius esteum, cui remissio peccatorum non est revelata, de sua salute non posse esse certum, verbi g. Bec. non potuit esse de sua salute certus. ratio est, quia nullibi revelatum, veritatis salvificæ hostes posse salvari; sed minor, quæ hæc; *nulli nostrum DEUS revelat se ipsi remittere peccata: est falsissima. Unicuique enim nostrum, qui fidelis est, hoc est revelatum: idque probamus dicto CHRISTI Marc. 16. 16. QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS FUERIT SALVUS ERIT.* Quodcunque enim de universali distributive est revelatum, id de omnibus ac singulis distributive est revelatum, quemadmodum v. gr. recte colligitur, DEUS in hexaëmero creavit omnia; ergo anguillas, dracones, equos, &c. etiam creavit, ita pari modo recte sub *Marci 16. 16. Job. 3. 36. QUI credit in filium habet vitam æternam. Job. 6. 39. Hæc est voluntas ejus qui misit me ut OMNIS, qui videt filium, & CREDIT in eum, habet vitam æternam: subsumitur: Atqui ego Gregorius, Lutherus, Paulus, credo in filium. Ergo salvor. Excipit s. 3. Bec. Nec sufficit illa generalis revelatio: Qui crediderit salvus erit. Hæc enim applicari non potest, nisi eadem certitudine certus sis, te fidem & reliqua necessaria habere. At ubi hoc revelatum est? Nusquam invenio. Si ullibi vix hic mereris verba Becane, dum omnia salvandorum putas SS. debere esse inserta omnia. Cur quæso hic non sufficit generalis applicatio, cum tamen sub privilegio Papali generali liceat, cuilibet subsumere in individuo v. g. quando affigitis templis & lapidibus schedas cum hoc privilegio papali, ut qui eas una & altera vice legerit & facienda fecerit, habeat ad 10. 50. aut plures etiam Annos libertatem pro lubitu peccandi,*

F

ubi

ubi procul dubio licet subsumere, ego hoc vel illud stoliditatis papalis signum legi, Ergo & mihi pro lubitu licet peccare; nisi forsan terminis, *eadem certitudine*, Becanus sophisticetur: sed loquitur Bec. aut de eadem certitudine quoad rem, sive qua certitudo, vel quoad modum, si intelligit modum certitudinis; certum est, CHRISTUM in cruce pendentem nulli, nostrum dicere, dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso, si autem ipsam certitudinem, qua certitudo, absurdissimus est Bec. Certum est varios esse certitudinis modos & gradus, summus autem consistit in presentia, v.g. quando quis cuidam Sacrificulo ut eum ab admissio homicidio, adulterio &c. absolvat, centum promittit (alias enim petito peccatoris nullus eorum satisfacit) ducatos, certus ille est sacrificulus de acceptione, summe certus autem est si pecuniam istam habet in manu: sic etiam, fidem habens non tantum potest esse de sua salute certus, sed certissimus, fides enim propterea dicitur *veros adus*, licet enim, *qua in spe sunt non videntur habere subsistentiam*, inquit Chrysostomus, *fides tamen ei subsistentiam largitur: imo ipsa est eorum essentia. ex. gr. Resurrectio nondum advenit, neque est in subsistentia: Verum spes facit eam subsistere in anima nostra.* Citat Bec. pro sua sententia ex *Ecclesiaste c. 9. 1.* ubi dicitur unum non posse de alterius salute, qui una eademque felicitate cum altero fruatur, esse certum. at quid hoc ad nos *Becane?* quando aliquis Nostratim sese *καρδιογνωστω* esse dixit? *Urget:* nec Paulus voluit sese judicare: *1. Cor. 4. 4.* Resp. cum *Max. Rev. Dn. D. Walthero in harm. Bibl. distinguendo inter iudicium decreti & probationis*, non illo sed hoc sese iudicat, & aliis suadet ac praecipit *2. Cor. 13. 1.*
Bellarm.

Bellarm. inquit sæpe particulæ dubitandi, ut forte, forsitan quis scit? *Act.* 8. 22. *Joël.* 2. 14. *Jon.* 3. 9. usurpantur, quo docetur, nos vel modestiæ causâ de salute nostra debere esse dubios. Verum Resp. particulæ dubitativæ sæpe sunt asseverantes, ut patet. 2. *Reg.* 19. 4. *Num.* 22. 33. & *Luc.* 20. 13. talis enim modus loquendi Ebræis non infrequens fuit. *Gen.* 13. 9. c. 19. 20. *Exod.* 14. 12. *Jos.* 1. 9. *Jud.* 4. 6. affirmandi vim etiam apud prophanos Auth. partic. dubit. habere testatur *Ambros.* L. 2. de pen. c. 5. Si autem tales particulæ pro dubitativis habendi, agitur vel de rebus contingentibus vel de remissione peccatorum, quas DEUS interdum remittit, interdum non. Ubi *ὁς ἐν κηροῦ* notandum, si DEUS post remissionem infert crucem eam non esse vindicativam sed emendativam, exemplum habemus in Davide: hic enim cum post Uriæ occisionem, uxorisque ejus compressionem, a Nathane indicatam penam cordicitus DEO deprecatur, remissum hocce suum ipsi est duplex mortale peccatum, ita tamen ut filius ex adulterio conceptus septimam ætatis diem haberet ultimam; Non putandum autem ac si DEUS remisset Davidi culpam non tamen reatum, uti *Max. Rev. Ampliff. & Excell. Dn. D. Chemnitius Præses acutissimus* in refutat. scripti germanici a malitioso nostræ Relig. desertore, *Scheffero*, mendaciore, ut a *veritatis exulibus* fieri solet, pro illis qui nomine Jesu sculptilia præferunt, sive Papistis, protrufi; optime monuit. Cujus distinctionis fundamentum est desumptum ex *Jer.* 10. 24. & 30. 20. de illa nequaquam, sed de hac incerti esse possumus pena. Cum timore E. & tremore filiali, *Phil.* 2. 12. 13. (hunc enim DEUS operatur, *Rom.* 8. 15.) operamini salutem! Carnalis

nalis autem securitas fugienda, sic enim dubitationis
 vitanda scylla, ne charybdim imaginariæ fiduciæ inci-
 damus. Timoris ergo & fiduciæ fiat temperamentum
 secundum modum a *Max. Rev. Ampliff. ac Excell. Dn. D.
 König Altdorpbii Norib. Past. vigilantiff. ac Theol. PP. fa-
 migeratissimo, in vindictis sacris L. XXVII. præscriptum.*
*I. Quoad justitiam & Misericordiam Dominicam. Intu-
 itu Justitiæ* ob peccata quæ etiam justus in die septies
 patrat *Prov. 24. 17. Timor esse debet,* quia timendum ne
 DEUS qui exquisite justus, *Pf. 11. 7. & ipsa justitia Pf. 119.
 142. nobis fiat ignis consumens Deut. 32. 23. Intuitu mi-
 sericordiæ* fides nostra fugiens ad Petræ foramina, JESU,
 requiritur, in quo accipimus remissionem peccatorum
Act. 10. 43. Per cujus sanguinem, a peccatis mundamur.
*1. Job. 1. 8. sanamur Esa 53. 5. & imagine DEI conforma-
 mur, in justitia & sanctitate Eph. 4. 24. Ipse enim est ju-
 stitia & sanctitas nostra 1. Cor. 1. 30. II. Quoad diab. insidi-
 antem & Christum subvenientem Respectu Diab. nos cir-
 cumeuntis 1. Petr. 5. 8. timor esse debet. Respectu au-
 tem Christi, 1. Joban. 8. fides. III. Quoad carnem insti-
 gantem & Spiritum erigentem. IV. Quoad præsentem vi-
 tam ærumnosam & futuram gloriosam. Illam ob mole-
 stias timemus *Sir. 40. 2. 5. hanc ob coronam Apoc. 2. 10.
 immarcesc. 1. Pet. 5. 4. exspectamus. vid. cir. Aurb. sic ergo
 si fidem adjungimus timori mediam ad salutem ducentem
 tenebimus viam. quia non timorem servilem, qui
 est ob divinum judicium & pœnas infernales, sed tan-
 tum filialem, qui DEUM judicem ita timet, ut tamen
 eundem Patrem per Christum reconciliatum memine-
 rit, habemus. Et quid multis? si Pontif. suas hypo-
 theses veras esse sunt firmiter persuasi, dubietatem ad-
 mittere**

mittere non possunt. Nonne si ab homine in bap-
 mo peccata penitus tolluntur: lex perfecte impletur:
 opera Monachorum supererogationis dantur: diploma-
 te Papali remittuntur: homo de sua salute potest esse
 certus? Paretis ergo vos Esauitæ horumque adhären-
 tes, ut rationem reddere possitis Deo ad iudicium ex-
 tremum adventaturo de omnibus falsis *vestris* dogma-
 tibus, ac animabus, pestilentissimis hisce laqueis captis
 ac seductis, si enim *perinaciter* perseveraveritis in ve-
 stra nimia ad finem usque vitæ malitiam, certo tandem
 ex *Rom. 9. 31.* audietis: Pontificii sectando justitiam ad
 eam non pervenerunt, quia non modo a Deo præ-
 scripto, sed sibi placente quæsiere. Valet ergo vos
 nostri adversarii ad seducendum vigilantissimi, & vo-
 bis vestrum retinete fimum. Nobis autem NOSTRA
 JUSTITIA, JESUS CHRISTUS custodiat verum. CUI
 cum DEO PATRE ET SPIRITU SANCTO SIT LAUS
 HONOR ET GLORIA IN SEMPITERNA SECULA.

Ad Humanissimum & Pereximium

DN. M. JO. PETERMANNUM,

Amicum suum.

Quod genus? unde domo? pacemne buc fertis an
 arma?
 Debet PECCATIS dicere quisque suis.
 Nam genus a Satana ducunt, maledictus Avernus
 Est domus; unde ferunt arma, datura neci!

F 3

Sed

*Sed CHRISTUS verum Genus OMNIPOTENTIS,
Olympo*

Venit in has terras victima facta DEO.

Ipse igitur Vita est, ac semita certa Salutis.

Ipse est iustitiæ blanda corona suis.

Ergo PECCATUM cadito! sed vera resurgas

JUSTITIA; ac DOMINUM justificatio tuum!

Ostende ut non sit modus ullus, & ulla salutis

Quam VIA, qua CHRISTO nititur alma FIDES.

*Sic VIA, sic VERUM, sic VITA, SALUSque ma-
nebunt;*

Sic itur recto tramite ad astra Poli!

*Quare JUSTITIAM, quia Veram tradis, AMICE,
Gratulor, ac ausis vela secunda precor.*

*Solus qui JUSTUS, CLEMENS, nobisque CO-
RONAM*

JUSTITIÆ dedit, is mentem animumque regat!

Ita voveb.

PRÆSES.



ad 30

94 A 7347(1)


ULB Halle 3
000 523 054




Sb.

WMA







c. 13 15

DISPVATIO THEOLOGICA
DE
GRATVITA
IVSTIFICATIONE HO-
MINIS PECCATORIS
CORAM DEO

(Von der Rechtfertigung eines
armen Sünders vor Gott)

FAVENTE TRIVNO
SVB PATROCINIO

DN. CHRISTIANI CHEMNITII
SS. THEOL. D. AC P. P. LONGE CELEBERRIMI EC-
CLESIAE QVAE DEO COLLIGITVR AC DIOECE-
SEOS JENENSIS PASTORIS AC SVPERINTEN-
DENTIS VIGILANTISSIMI

DN. PATRONI FAVORIS PRÆCEPTORIS
ET HOSPITIS SVMMA AC FILLALI OBSERVANTIA
EVITERNVM PROSEQVENDI
PVBLICE

M. IOHANN PETERMANNO
NORIBERG.

HORIS CONSVETIS VENTILANDA
IN COLLEGIO THEOLOGICO
PROPONITVR

ANNO POST VIRGINIS PARTVM
cId Idc LIV. IV. CALEND. APRILIS.

RECUSA ANNO MDCXXXIV. (6)